

## Codice Diplomatico Longobardo I, 64

+ Regnante domni nostri Liutprand et Hilprand ueri excellentissimi regis in Italia, anno piaetatis eorum uigintimo sexto et tertio, sub die quarto decimo kalendas ianuarias, inductione sexta; feliciter. Expensum praediis rustecis, id est terrola in casale Uarisso inter laco et uia publica, qui uadunt subtus ipso lacum, petzas tris de campo cum arboribus super adstantem, hauentem totas insimul per mensura iuge una et pertecas legitimas duas cum uiginti quattuor in longitudinem, et de alia parte uia publica media iuge et tregenta pertecas in longitudinem per una perteca ex trauerso in una tauola. Eam emit mancipioque accepit Romoald uir uenerabilis presbiter ex accolae basilicae Bealtissimi Petri apostoli situm in suprascripto Uarissio de Benenato et Godesteo uiris honestis germanis et uindituri filiis quondam Godilani auri tremisse numero quinque et quarta parte de sexto tremisse. petit idem suprascriptis germanis et uinditoris, et omnem praetium placitum et definitum in praesenti acceperunt, sicut inter eos conuenit. inter adfinis, ab illa una petza: latere Tondefrit et de capite suprascripta uia publica et de alio capite suprascripto lacum; et ab illa alia petiola: latere ipsius empturi, caput tenente in campo Paulini et de alio capite suprascripto lacum; et ex ipsas duas petiolas cum uso aquarumque ipso lacum uindedederunt; et ab illa tertia petza: latere Uitali clero germano uinditoris et de alio latere suprascripto Tondefrit, caput tenente in suprascripta uia et de alio capite ipsius emptori; et ab illa terrola de alia parte uia publica, qui est media iuge et tregenta tauolas: latere suprascripta uia publica et de alia parte germanis uinditoris. facta hanc mancipationem Romoaldi uiro uenerabili presbitero comparatori. dubla bonis conditionibus concesserunt, ut tunc quanto ea res re meliorata ualuerit, tantum et alterum tantum dari stipulati sunt Romoaldi uiro uenerabili presbitero contractori et comparatori, spoondederunt suprascriptis uinditoris ad omnia suprascripta. Actum Uianino, ad basilica Sancti Antonini; feliciter. + Signum + manus Benenati uiri honesti, qui hanc cartolam uinditionis fieri rogauit. + Signum + manus Godesteo uiri honesti, qui hanc cartolam uinditionis fieri rogauit. + Signum + manus Rodoaldi de Manelia uiri honesti exercitalis testis. + Signum + manus Godefrit uiri honesti magistro murarum testis + Signum + manus Uitali uiri honesti fili Tacoloni exercitalis testis. + Ego qui supra Maurace uir clarissimus scriptur huius cartolae pos tradita compleui et dedi.